

FLORA.

63. Jahrgang.

No. 18.

Regensburg, 21. Juni

1880.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. (Schluss.) — Personalnachricht. — Anzeigen.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XI.

(Schluss.)

190. *Parmelia Zollingeri* Hepp in Zolling. Syst. Verz. p. 6 (conf. ad Lich. Beitr. n. 77. ubi res mixtim expositae) non nisi ad Zollingeri n. 1241 (a cl. Hepp descript.) et ad n. 7241 ejusdem referenda est, thallo sat adpresso, supra laevi, subtus late nudo ut in *P. latissima* Fée, habitu *P. tiliaceae*, apotheciis planis dorso laevibus et sporis minoribus tantum 17—19 μ longis distincta, a qua autem omnia specimina non javanica a me (l. c.) citata, nec non favanicum ipsius Zollingeri n. 980* (quae *Parmelia perlata* Schaer. in Moritzi Verz. p. 128, s. *P. caperata* Hepp in Zoll. Syst. Verz. p. 6), supra tenuiter isidioso-furfuraceum cum genuina haud dissimili *P. Zollingeri* mixtum plane separanda sunt, et *Parmeliam latissimam* Fée f. *isidiosam* constituunt. — Huic formae dein similiter omnino adscribendus est Lichen centrali-african. in Lich. Beitr. n. 125 sub *P. Zollingeri* enume-

Flora 1880.

18

ratus. Idem valet de *Parmelia glaberrima* Krplh. Lich. Glaz. p. 16 (Glaziou n. 1842!) et de *Parmelia olivetorum* Krplh. Lich. Warming. p. 376 (specim. Warm. n. 306) quoad specimina sterilia.

191. *Parmelia praetervisa* Müll. Arg., thalli magnitudo et forma et glabrities superficiei inferae accurate ut in *P. latissima* Fée, cui similis, sed thallus paullo firmior, magis argillaceo-pallidus, supra medio late crebre et minute isidiosus (ut in *P. latissima* f. *isidiosa*); apothecia cupularia, evoluta circ. 8 mm. lata, profunde concava, ore subintegra, rubricoso-fusca, dorso undique valide isidoso-aspera v. crebre tuberculosa; sporae 14—17 μ longae, 7—8 μ latae, ovoideae. — A *P. latissima* f. *sorediosa* praesertim sporis multo minoribus, non pachydermeis (bene conformatis ex apotheciis bene evolutis) et superficie dorsali apotheciorum differt. — Nonnihil etiam ad *Cetrariam sanguineam* Schaer. in Moritzi Verz. p. 7 habitu accedit, ubi thallus margine aliter coloratus, ibique minute undulatus et apothecia dorso aliter (plicato-) rugosa. — Habitat in insula Java: Zollinger n. 449 b et 1298 Z. (specim. a cl. comit. de Franqueville benevole commun.).

192. *Parmelia Blanchetiana* Müll. Arg., thallus fusco-cinereus, depressus, anguste laciniatus, laciniae pluries breviter dichotome ramosae, plano-convexae, sinubus obtusis, ultimae retuso-bilobae, aliae secundariae magis superficiales digitato-2—3—4-fidae v. -partitae, lacinulae hae anguste digitiformes, obtuse acutatae, semicylindrico-convexae, omnes supra laevigatae, saepe vix perspicue nigro-lineolato-rimulosae, intus flavido-cinereae, subtus concavae et undique rhizinis atris breviusculis confertis non tamen tomentum formantibus vestitae, medio demum hinc inde denudatae; apothecia ab apice laciniarum remota, juniora cupularia, demum subplana et 10 mm. et ultra lata, margine subcrenata, dorso laevia, discus rufo-brunneus; lamina praeter epithecium fuscescens hyalina; sporae 12—14 μ longae et 7—9 μ latae, ovoideae v. ellipsoideae. — Nulli nisi *Parmeliae angustatae* Krplh. Lich. Warm. p. 377 arcte affinis, sed laciniae omnes convexae, primariae apice truncato-bilobae et apothecia arctius sessilia. Caeterum habitus inter *P. cervicornem* et *P. Kamtschadalem* medium tenet, non autem adscendens est. — Crescit ad saxa prope Bahiam ubi a cl. Blanchet (n. 3017), qui magnam copiam plantarum magna pro parte novarum et Lichenes haud paucos olim divulgavit lecta fuit.

193. *Phycia hypoleuca* Nyl. var. *tremulans* Müll. Arg., laciniae (quam in forma genuina) angustiores, $\frac{2}{3}$ — $1\frac{1}{2}$ mm. latae, planiusculae, albae, quasi flexuoso-tremulantes, praeter divisionem dichotomam conferim et breviter gibboso-pinnatilobae, lobulis apice soorediosis. — Forma elegantula, saepe Frullaniis et Muscis variis laxius instrata. — Crescit prope Petropolin Brasiliae: cl. Deventer.

v. *diademata*, s. *Parmelia diademata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 165, quae forma sorediifera *P. hypoleucae* et insuper apotheciis margine grosse pulverulento-soredioso-tuberculatis distincta, etiam sed parce cum praecedente, cum f. normali et cum f. *sorediifera* *P. hypoleucae* ibidem crescit: cl. Deventer.

194. *Phycia megaloplaca* Müll. Arg., thallus evolutus demum giganteus (diametro 3-pedalis), in genere rigidissimus, albo-cinereus v. subcoerulescenti-cinereus, centro latissime compacto-granulosus et minus albidus, ambitu zona circ. pollicem lata crasse foliaceo-laciniatus, laciniae adpressae, planiusculae, pinnatifido-laciniatae, lacinulae obtuse inciso-paucilobatae, nonnihil imbricatae, subtus albae et rhizinis subfasciculatis rigidis pallidis munitae; apothecia laxa sessilia, evoluta 4—6 mm. lata, crasse marginata, margo valde prominens et incurvus v. involutus, junior integer et laevissimus, demum sphinctrino-plicatus et obsolete crenatus, semper rotundato-obtusius, discus fuscus, obscure pruinosus; structura interior ut in *P. speciosa*, sporae octonae, 22—33 μ longae, 12—14 μ latae, utrinque vulgo late rotundato-obtusae, 2-loculares, fuscae. — Species insignis, juxta *P. obesam* Nyl. Syn. p. 418 inserenda. — Ad truncos annosos Salicis Humboldtianae ad Buenos Ayres: cl. Schnyder.

195. *Phycia dilatata* Nyl. Syn. b. 423, Prodr. Nov. Gran. Additam. p. 539, v. *nuda* Müll. Arg., apotheciorum discus nudus. — Cum forma genuina (apotheciorum disco caesio) crescit prope Caracas ad truncos Anonae: Dr. Ernst.

196. *Phycia breviradians* Müll. Arg. thallus orbicularis, arcte adnatus, imo margine lobulato-effiguratus; caeterum undique dense minute granulosus, cinereus, laciniae periphericae applanatae, ambitu latae, lobatae et margine crenulatae, tenues, ad extremitates infuscae, subtus albae; apothecia numerosa, sessilia, $\frac{1}{2}$ —1 mm. lata, discus fuscus v. e rufescente pallide fuscus, madefactus pallide badius, margo thallo concolor, turgidulus, integer, demum undulatus; epithecium fuscescens, lamina et hypothecium pallida, asci 8-spori; sporae fuscae, 2-lo-

culares, 18—25 μ longae, 10—15 μ latae. — Primo intuitu pro *Lecanora subfusca* sumenda, juxta *P. adglutinata* inserenda est, quacum minutie apotheciorum et laciniis tenuibus adpressis convenit, sed statim differt thallo praeter marginem granuloso, laciniis brevissimis latioribus et cinereis ut in *P. obsessa* sed extremitatibus obfuscatis, et apotheciis pallide marginatis. *Ph. astroidea* dein est magis macrocarpa et thalli laciniae sunt magis albae minusque applanatae et minus tenues. — Ad corticem arborum prope Buenos Ayres: cl. Schnyder n. 6, et copiosius in Paraguay: cl. Balansa.

197. *Physcia adglutinata* Nyl. v. *pyrithrocardia* Müll. Arg., est forma normalis *P. adglutinatae* cujus thallus intus igneo-croceus. — Sporae non differunt nec apothecia recedunt. *P. obscurae* var. *ulotrichoides* Nyl. et v. *endochrysea* ejusd. sunt longe robustiores et minus adpressae. — Crescit ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 23.

198. *Physcia viridissima* Müll. Arg., similis *P. adglutinatae* Nyl. sed longe tenuius dissecta, madefacta intense viridis, sicca cinerascens-viridis, laciniae tenellae, subimbricatae v. fere discretae, breves, convexae v. ad extremitates applanatae, undique concolores, haud sorediigerae; apothecia evoluta $\frac{3}{4}$ —1 mm. lata, aperiencia margine crasso viridi integro cincta, discus evolorum planus, nudus, fuscus, madefactus rufescenti-fuscus, semper planus, demum margine obsolete undulato cinctus; lamina cum hypothecio hyalina, epithecium fuscum, asci 8-spori; sporae 20—22 μ longae, 7—9 μ latae, oblongatae et 4-loculares, pallide olivaceo-fuscae. — Species elegantula, praeter colorem formas tenellas *P. adglutinatae*, sporas autem, saltem pro parte bene evolutas vere 4-loculares, etiamsi minores, *P. obscurascentis* Nyl. Syn. p. 429 referens. — Crescit ad truncos *Excaecariae biglandulosae* prope Buenos Ayres: cl. Schnyder n. 15.

199. *Lecanora Warmingii* Müll. Arg., *Lecanora granifera* Krph. Lich. Warm. p. 379 n. 56, non Ach., thallus nonnihil flavescenti-albus, crassus, subpulvinato-granulosus, granula $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, conglobata, subregulariter hemisphaerica, laevia; apothecia sessilia, sparsa, evoluta 2 mm. lata, margo crassus crenulatus, demum undulatus, semper prominens; discus planus, livido-fuscus v. nigricans, nudus; epithecium fuscescens, lamina hyalina, hypothecium rufo-fuscescens v. hinc inde fere hyalinum, paraphyses conglutinatae, asci angusti, 8-spori; sporae vulgo in parte superiore ascorum confertae, 12—14 μ longae, 6—9 μ

latae (caeterum generis), ovoideae v. ellipsoideae. Juxta *L. subaeruginosam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 545 et *L. conciliantem* ej. l. c. p. 33 locanda est, hypothecio accedens, at thallo et apotheciis et dein sporis minoribus diversa. Margo apotheciorum crassior quam in *L. granifera*. — Habitat ad corticem prope Lagoa Santa in Brasiliae prov. Minas Geraes: Dr. Warming, qui benevole communicavit.

200. *Lecanora subfusca* Ach. v. *testaceo-pallida* Müll. Arg., *Lecan. subfusca* v. *subgranulata* Nyl. Lich. Husn. p. 11, non Syn. Lich. Nov. Caled. p. 26. Omnia ut in *L. subfusca* var. *chlarona*, sed apothecia madefacta statim colorem testaceo-pallidum exhibent, sicca tamen ut et madefacta iis varietatis *subgranulatae* ejusdem speciei longe pallidiora. Forma inter utramque plane medium tenens. — Crescit ad corticem in insula Guadeloupe: Husnot. n. 470, in Paraguay: Balansa, et prope Buenos-Ayres ad Amygdalum persicam: Schnyder n. 16.

201. *Lecidea subspilota* Müll. Arg., thallus tenuis, tartareus, cinereo-albus, diffracto-areolatus, linea hypothallina valida cinctus, areolae angulosae, planae, apotheciis abortivis nigro-pluripunctatae, apothecia numerosa ex areolis haud emergentia sed illarum superficiem attingentia, evoluta in quaque areola solitaria, $\frac{2}{3}$ — $\frac{4}{5}$ mm. lata, plana, nigra, nuda, margine thallode subinde subsoluto nonnihil adscendente obsolete cincta v. nonnulla margine tenui proprio nigro nanissimo vix perspicuo cincta, intus undique subnigra; lamina e fusco intense coerulescens, medio obscurato-hyalina, inferne fuscescens; sporae in ascis octonae 10—11 μ longae, circ. 6 μ latae, hyalinae et simplices. — *Lecideae internigranti* Krph. e Hongkong similis et affinis [ubi hypothecium in meo specim. hyalinum et apothecia intus pallida] sed differt thallo albidior, apotheciis intus fusco-nigris, colore epithecii et hypothecii. Primo intuitu fere *L. spilotam* Fr. et *L. tesselinam* Tuck. refert. — In brasiliensi Serra Piedade ad saxa: Dr. Warming.

202. *Lecidea buelliana* Müll. Arg., thallus tenuis, obscure albidus, linea atrofusca lata cinctus, tenuiter diffracto-areolatus v. demum disperso-areolatus v. subgranulosus et subinde dealbatus, hypothallus atrofuscus undique inter areolas perspicuus et praedominans, areolae plano-convexae, irregulares; apothecia $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata v. etiam majora et deformia, normaliter innata et plana, demum modice emergentia et convexiuscula, obsolete et tenuissime marginata v. etiam spurie thallino-marginata, intus

nigrescentia; lamina humilis tota fere cupreo-fuscescens, epithecium et hypothecium intensius cerasino-fuscescentia (ut in *Lecanora atra*) paraphyses conglutinatae; sporae simplices et hyalinae in ascis 6—8-nae, 11—15 μ longae, 6—7 mm. latae, ellipsoideae. — Affinis *L. subspilotae* at fere omnibus partibus multo minor et lamina intus aliter et peculiariter tincta. Prima fronte optime *Buelliam stellulatam* Mudd simulat. — Habitat ad saxa, in Serra Piedade in Brasiliae prov. Minas Geraes cum *Lecideae russulae* speciminibus saxicolis: Dr. Warming.

203. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *heterochroa* Müll. Arg., thallus subtenuis, effusus, granuloso-undulatus, demum rugulosus, obscure cinereus v. olivaceo-fuscescens; apothecia circ. 1 mm. lata, adpressa, juniora plana, pallide fusca et margine vix prominente integro pallidior helvolo cincta, mox dein obscuriora et convexa, demum subimmarginata, atrofusca, opaca, intus praeter partem epithecialem albido-pallida; lamina apice cerasino-fusca, caeterum undique hyalina, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae circ. 55 μ longae et 3—3½ μ latae, circ. 8—13-loculares. — Quasi forma mox obscurata *P. millegranae*, sed thallus et epithecium aliter colorata. Etiam affinis videtur *Lecideae propositae* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 557. — Cum sequente commixtim crescit a qua facile recedit apotheciis majoribus, obscurioribus, saepe fere nigris, demum magis convexis et praesertim colore epithecii et sporis minus tenellis. — Crescit ad corticem *Excaecariae biglandulosae* ad Buenos-Ayres: cl. Schnyder.

204. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *fusco-nigrescens*; *Lecanora fusco-nigrescens* Krphl. Lich. Rep. Argent. p. 17 n. 61, excl. syn. Nyl. Sporae paullo angustiores quam in *Patellaria millegrana* (*Lecidea millegrana* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 64) et apothecia juniora minus pallida. — Crescit cum praecedente.

205. *Buellia concava* Müll. Arg., thallus tenuis, fuscescenti-cinereus, linea lata nigro-fusca cinctus, diffracto-areolatus, areolae planae subangulosae; hypothallus ater in fissuris thalli ubique perspicuus; apothecia ⅓ mm. lata, innata, semper ureolari-concava, juniora nonnihil a thallo marginata, mox modice emergentia et margine nigro opaco concolore prominente cincta; epithecium fuscum, hypothecium hyalino-fuscescens, lamina reliqua hyalina, paraphyses sat conglutinatae; sporae in ascis octonae, 2-loculares, fuscae, 12—14 μ longae et 5—6½ μ latae. — Juxta proximam *B. africanam* Müll. Arg. Lich. Beitr. n. 123 inserenda est a qua thallo pallidior, apotheciis et sporis paullo

majoribus et praesertim forma magis urceolata apotheciorum differt. — Crescit ad saxa in Serra de Piedade Brasiliae: Dr. Warming.

206. *Graphina Ernstiana* Müll. Arg., thallus hypophloeodes per epidermidem (laevem) olivaceo-pallens, haud peculiariter circumscriptus; apothecia erumpentia, circ. 3—4 mm. longa vulgo varie sed parce dendritico- v. astroideo-ramosa, margine thallino crasso elevato nonnihil decolorato cincta, margo proprius tenuissimus, niger, inferne in sectione pallidus, discus planus, latiusculus, $\frac{1}{4}$ mm. latus, fuscus, haud pruinosis v. obsolete pruinosis, madefactus obscure carneus; lamina hyalina, epithecium pallide fuscescens, hypothecium fulvescens; asci monospori; sporae 150 μ longae, 14—18 μ latae, hyalinae, demum fusciscentes, transversim circ. 25-septatae, loculi ipsi 3—5-locellati. — Juxta *Graphinam dividensem* (*Graphidem dividensem* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 98) inserenda est cujus sporae pluries minores. Extus satis ad *Graphinam sculpturatum* gracilem accedit et sporis ab ea haud recedit sed discus coloratus est. — Habitat corticola ad Caracas ubi eam legit mecumque cum aliis numerosis communicavit egr. Dr. Ernst sub n. 40 et n. 118.

207. *Graphina Caracasana* Müll. Arg., thallus olivaceo-pallens, cartilagineus, laevigatus, linea atrofusca hypothallina cinctus, crasse hyalino-corticatus, gonidia breviter chroolepoidea, viridia; lirellae numerosae, 3—4 mm. longae, vulgo dense astroideo- v. dendroideo-ramosae, rami $\frac{1}{2}$ —1 mm. latae, late lineares, cum aliis lirellis suborbicularibus et minoribus subsimplicibus mixtae, totae atrofuscae et nudaе, ab origine late planae et ambitu latae fereque immarginatae, sc. thallo circa discum vix emergentem obsolete turgescens cinctae, margo proprius valde tenuis et fulvescens, superne vix perspicuus, hypothecium distincte flavicans, epithecium fuscescens, lamina hyalina, paraphyses conglutinatae, asci lineares, 8-spori; sporae 16—20 μ longae, 7—8 μ latae, primum olivaceae, dein nigrofuscae, 3—5-septatae, loculi nonnulli longitrorsum 1-septati. — Species valde insignis, juxta *Graphinam cabbalisticam*, *Graphidem cabbalisticam* Nyl. Prodr. N. Granat. p. 86 inserenda est, a qua differt crescendi modo, colore thalli, margine spurio lirellarum, lirellis amplioribus et hypothecio. — Crescit corticola prope Caracas: Dr. Ernst n. 66.

208. *Graphina anonacea* Müll. Arg., thallus late effusus, albus v. ochroleuco-albus, tenuis, laevis v. hinc inde tenuiter rugulosus, margine linea hypothallina destitutus; lirellae dense sparsae, parvae, 1—2 mm. longae, $\frac{2}{10}$ mm. latae, saepius simplices, hinc inde autem modice stellatim ramosae, extremitatibus acuminatae, siccae nigro-fuscae et planae, margine vix prominente tenui extus thallode et a thallo rupto cinctae, madefactae fuscae et turgescences, subimmarginatae, perithecium in sectione tantum laterale, angustum, fuscescens, hypothecium et lamina hyalina, paraphyses arcte conglutinatae, asci angusti subuniseriater 8-sporei; sporae 11—15 μ longae, 7—8 μ latae, olivaceae et dein mox fuscae, 4-loculares et dein mox loculorum intermediorum divisione longitrorsa parenchymatice 6-loculares. — Similis *Graphidi inustae* sed lirellae fuscae et sporae aliae. Juxta proximam *Graphinam cabbalisticam* inserenda est, a qua tenuitate lirellarum et sporis minoribus recedit. — Habitat in cortice trunci Anonae muricatae prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

209. *Graphina Columbiana* Müll. Arg., *Graphis oblecta* f. *Columbiana* Nyl. Prodr. Nov. Granat. p. 83. — Numerus sporarum in ascis ut in affinibus proximis satis ludit, sporae in specim. Caracasano 1-nae, 2-nae, 4—8-nae, circ. 110 μ longae et 23 μ latae observantur. — In corticibus prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

210. *Graphis scripta* Ach. var. *commatiformis* Müll. Arg., thallus argillaceo-albescens, tenuis, sublaevis v. subpulverulentus, opacus, haud limitatus, demum fere omnino evanescens et in cortice nonnisi halonem argillaceum relinquens; lirellae semiimmersae, vulgo abbreviatae ut in *G. commate* et similiter simplices v. raro hinc inde unirameae, margines extus thallodico-pulverulenti, rima angustissima, haud pruinosa. — Quoad lirellas quasi *G. comma*, sed thallus alius. Structura partium omnino ut in specie vulgari. — Subinde lirellae in iisdem speciminibus longiores evadunt et tum cum *G. scripta* v. *varia* Ach. fere quadrant, sed leviter graciliores sunt, minus tamen quam in *G. tenella* Ach. — Habitat frequens ad cortices circa Caracas: Dr. Ernst sub variis num.

211. *Graphis cinerella* Müll. Arg., thallus albus, tenuis, laevis, hinc inde demum rimosus, linea fusca latiuscula cinctus; lirellae minutae $\frac{1}{4}$ — $\frac{3}{8}$ mm. longae, orbiculari-ellipticae v. usque dimidium longiores quam latae, v. angulosae v. subtriangulari-orbiculares, margine tenui extus albo thallode a thallo

longitrorsum secedente modice prominente cinctae, discus late appertus, siccus cinereus v. fuscescenti-cinereus v. sabcaesius, madefactus fuscescenti-carneus et turgidulus, perithecium in sectione valde tenue, fuscum, inferne olivaceum, sub hypothecio nullum, epithecium leviter fuscescens, lamina caeterum tota cum hypothecio hyalina et mollis; asci cylindrico-ellipsoidei, circ. $55\ \mu$ alti, 6—8-spori; sporae 16—18 μ longae, 4— $5\frac{1}{2}$ μ latae, cylindrico-ellipsoideae, 5—6-loculares, semper hyalinae. — Planta parvula, facile praetervidenda, at characteribus valde insignita, quasi formam minorem *G. patellulae* inter coloratas iterum repraesentans, sed microspora. — Juxta *Graphidem alborosellam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 87 locanda est. — Habitat corticola prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

212. *Graphis albinula* Müll. Arg., thallus albus v. ochroleuco-albus, tenuissimus, laevis, opacus, linea fusca cinctus; lirellae perexiguae, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ mm. longae, vix ultra $\frac{1}{10}$ mm. latae, flexuosae, simplices v. rarius uniramigerae, numerosae, thallo emergente marginatae, discus siccus albidus, thallo subconcolor, subfissurinus, madefactus fuscescenti-carneus et nudus; perithecium tenuissimum, pallidum, sub hypothecio deficiens, lamina tota cum hypothecio hyalina; asci obovoideo-cylindrici, 6—8-spori; sporae 17—24 μ longae, 4—6 μ latae, 4—8-loculares, semper hyalinae. — Plantula facile praetervidenda, habitu et characteribus fere cum *Graphide rugosula* Krph. Lich. Glaz. p. 63 conveniens, sed gracilior, lirellae et sporae ambitu multo angustiores, caeterum cum specie citata juxta *Graphidem homographizam* et *Gr. hypoleptam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 84 et 85, et *G. malacodem* ejusd. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 77 locanda est. — Habitat corticola prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.)

213. *Platygrapha chloroleuca* Müll. Arg., thallus virenti-albus, crassiusculus, ruguloso- v. granuloso-inaequalis, margine linea argillaceo-pallida cinctus; apothecia lecanoriformia, 1—2 mm. lata, sessilia, primum regulariter orbicularia, demum undulato-angulosa, margine crassiusculo albo primum prominente dein epithecium haud superante cincta, discus nigriscenti-fuscus, primum diu pruinosis et carneo-albidus, epithecium olivaceum, hypothecium crassum et nigro-fuscum, lamina hyalina, asci 8-spori; sporae hyalinae, 4-loculares, 23—26 μ longae, 4— $4\frac{1}{2}$ μ latae, i. e. circ. 6-plo longiores quam latae, fusiformes, inferne longius subattenuatae, plus minusve incurvae. — Satis similis *P. leucopsarae* Nyl. Prodr. Nov. Granat. p. 94 (ubi autem in Lindigii no. 2887 sporas

vidi 5-septatas), sed margo crassior et hypothecium intense nigrescenti-fuscum et crassum, et dein a *P. glaucomioide* Nyl. Lich. Kurz. Calcutt. n. 28 jam thallo virescenti-albo et apotheciis majoribus differt. — Habitat corticola prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

214. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *illecebrosula* Müll. Arg., thallus tenuis, aequalis, albus, continuus v. demum obiter rimulosus, superficie subpulverulentus, linea fusca cinctus; apothecia numerosissima, pro parte contigua, parva, $\frac{1}{7}$ — $\frac{1}{6}$ mm. lata, innatosessilia v. arcte adpresso-sessilia, orbicularia v. orbiculari-elliptica, atro-marginata, caeterum cinereo-pruinosa v. demum cinereo-nigricantia, margo vix prominens, demum obsolete undulatus, perithecium lateraliter et subtus completum, epithecium et hypothecium fusca, lamina hyalina, asci obovoideo-cylindrici, apice haud pachydermei, 8-spори; sporae hyalinae, 17 μ longae, tantum $1\frac{1}{2}$ —2 μ latae, fusiformi-bacillares, 3-septatae. — Species pro sectione Lecanactide eximie microcarpa at specimina visa summopere feracia, caeterumque tenuitate sporarum insignis, nulli cognitarum arcte accedens. Extus quasi forma valde diminuta *Opegraphae* (s. *Lecanactidis*) *illecebrosae* Duf. — Crescit ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 5.

215. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *lynceoides* Müll. Arg., thallus cinereo-albus, tenuis, superficie subgranuloso-rugulosus, rimulosus, late effusus, margine zona fumoso-nigricante cinctus; apothecia oblongo-elliptica et late linearia, $\frac{1}{2}$ —2 mm. longa, $\frac{1}{6}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, utrinque obtusa, flexuosa, innata, margo proprius ater, tenuis, leviter tremulanti-undulatus, thallum leviter tantum v. vix superans, supra discum haud prominens, discus planus, e fumoso cinereo-pruinosis; epithecium fuscum, hypothecium pallide fusco-nigricans, lamina subhyalina, asci 8-spори; sporae hyalinae, 4—6-loculares, fusiformi-dactyloideae, 12—18 μ longae et 4—4 $\frac{1}{2}$ latae. — Prima fronte proxime accedit ad *Opegrapham Martii* Nyl. Lich. Kurz. Calcutt. n. 23, sed thallus non laevis, apothecia magis immersa (ut in *O. lyncea*), margo haud prominens, hypothecium non electrino-fuscescens et sporae duplo minores. A simili *O. lyncea* dein differt thallo, apotheciis longioribus, sporis latioribus et minus divisis. — Habitat ad truncos *Anonae* prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

216. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *pyrenocarpoides* Müll. Arg., thallus albus v. cinereo-albus, tenuis, superficie farinulentus, laevis, demum rimulosus, margine linea fusca cinctus; apothecia

primum $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ mm. lata, lecideiformia, plano-cupularia, extus albo-pulverulenta, margine prominente nigro cincta, discus cinereo-pruinosis, tota mox accrescentia et $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata valde prominenti-emersa, elato-subhemisphaerica et magis impure nigra, vertice orbicularia v. elliptica v. etiam reniformi-incurva, margines discum angustum arcte cingentes vix prominentes et subirregulares; perithecium basi completum ibique crassius, epithecium fuscum, lamina hyalina, asci oblongato-obovoidei, superne haud pachydermei, 8-spori; sporae 23—27 μ longae, $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ μ latae, fusiformi-digitiformes, 4—8-loculares. — Valde distincta species, nulli cognitarum arcte affinis, prima fronte *Pyrenulam* simulans. — Gonidia ramoso-chroolepoidea Apothecia juvenilia minuta illa fere referunt *O. illecebrosulae*. — Habitat corticola prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

217. *Chiodecton turbidum* Müll. Arg., thallus sulphureo-virens, tartareus, subcrassus ($\frac{2}{3}$ mm.), marginem versus turbide radiatim undulato-plicatus, caeterum granulato-rugulosus, superficie subpulverulentus, intus albus, margine obiter himantoideo cinctus; verrucae thallinae primum concolores, dein thallo albiores, primum hemisphaericae, mox varie et irregulariter elliptico-oblongatae, 1—4 mm. longae, v. tortuoso-angulosae, apotheciis dense tectae; apothecia circ. $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{6}$ mm. lata, vulgo oblongo-elliptica, subradiantia, saepe demum irregularia et pro parte confluentia, intus nigra, extus margine haud emergente integro albido cincta, discus planus, siccus cinereo-fuscus, madefactus subnigricans; hypothecium crasse nigrum, epithecium fuscum, lamina hyalina, paraphyses circ. 2 μ crassae, intricatim connexoramosae; asci oblongato-obovoidei 8-spori; sporae hyalinae, 4-loculares, 24—28 μ longae, $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ μ latae, incurvo-fusiformes, basi magis angustatae. — Species bene distincta, juxta *C. farinaceum* Fée subsimile sed minus flavicans locanda, a quo sporis paullo brevioribus, apotheciis minoribus, verrucis fructigeris minus irregularibus et praesertim thallo crasso magis sulphureo-virente margineque peculiariter spurie subeffigurato, modo accedente ad illum *Physciae confluentis* distat. — Habitat ad corticem prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

218. *Phlyctis Ernstiana* Müll. Arg., thallus cinereus v. flavicanti-cinereus, tenuis, primum laevis, dein glebuloso-inaequalis, margine linea fusca cinctus v. hinc inde effusus; apothecia primum verrucis thallinis concoloribus inclusa, his dein centro irregulariter dehiscentibus pro parte v. fere omnino denudata,

depresso-hemisphaerica, alba, non nisi vestigiis thallinis lacero-marginata, epithecium album tenuissimum, mox hinc inde thecis nonnihil emergentibus magnis roseolis roseo-punctulatum, lamina hyalina, paraphyses implexo-ramosae, asci oblongo-obovoidei, crassiusculi, 2—8-spori, a paraphysium rete arcte involuti; sporae circ. 110 μ longae et 30 μ latae et insuper halone 10 μ crasso cinctae, hyalinae, crebre parenchymaticae. — Species elegantula, thallus similis ei *Chiodecti farinacei* sed minus laevis. Verrucae ob discum punctulatum, etiamsi aliter coloratum, quandam similitudinem offerunt cum *Chiodecto sphaerali*, sed punctula hic ascos singulos nec apothecia tota referunt. Asci caeterum non omnes emergunt, alii minus evoluti strato tenuissimo epitheciali tecti sunt. Gonidia hinc inde distincte sed simpliciter chroolepoideo-coniuncta sunt et genus *Phlyctidem* ad *Graphideas* prope *Arthothelium* et *Chiodecton* transferunt. — Crescit ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 50.

219. *Phlyctis effusa* Müll. Arg., thallus coerulescenti-albus, tenuissimus, effusus, minutissime subflocculoso-pulverulentus, verrucae thallinae fructigerae thallo albiores, niveae, valde irregulares, anguloso-orbiculares v. ellipticae, modice convexo-elatae, demum quasi effuso-prorepentes, elongatae et subflexuosae varieque confluentes primum soredioso-pulverulentae, mox discum immarginatum verrucis conformem denudatum album gerentes in quo, statu madefacto, conspiciuntur asci magni nonnihil emergentes aquoso-carnei prima fronte apothecia distincta perexigua simulantes; lamina hyalina, hinc inde gonidia chroolepoidea intus gerens, paraphyses intricato-ramosissimae et connexae, ascos dense circumvestientes; asci arthonioides, obovoidei, superne modice pachydermei, 8-spori; sporae hyalinae, circ. 55 μ longae et 30 μ latae, ellipsoideae, pulcherrime parenchymaticae, series cellularum circ. 14 quae ipsae transversim sunt 4—6-cellulosae. — Species summopere distincta at facillime praetervidenda et pro thallo sterili quodam habenda. Planta *Arthothelium* esset sed iuga v. verrucae difformes propriae adsunt. Quicumque ascus prominens absque difficultate acicula acuta excipi potest. — Crescit aliis intermixta ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

220. *Phlyctidia Hampeana* Müll. Arg., thallus tenuissimus, olivaceo-virens, linea obscura cinctus, laevis v. obsolete granulatus, hinc inde evanescens; verrucae $\frac{1}{2}$ —1 mm. latae, depresso-hemisphaericae v. ambitu ellipticae v. subangulosae, niveae, sore-

dioso-subfarinosae, discus demum denudatus albus, plano-convexus, et ascis hinc inde emergentibus carneo-punctatus; lamina hyalina, asci globoso-obovoidei, superne satis pachydermei, 8-spори; sporae hyalinae, circ. 15-septatae, elongato-ellipsoideae, 55—70 μ longae et 18—23 μ latae. — Sporae multiseptatae ut in *Phlyctidia Boliviensi* (*Phlyctide Boliviensi* Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 221 et Lich. Port. Natal p. 6), sed duplo breviores et habitus omnino alius, sc. ut in *Phlyctidia sorediiformi* (*Phlyctide sorediiformi* Krphl. Lich. Glaz. p. 30), cujus sporae omnino aliae et verrucae fertiles duplo majores. Reliquae americanae hujus generis antea notae, sc. *Phlyctidia Brasiliensis* (*Phlyctis Brasiliensis* Nyl. Lich. Glaz. n. 29) et *Phlyctidia Andensis* (*Phlyctis Andensis* Nyl. Lich. Angol. p. 9 obs. ad n. 18) jam habitu simul et apotheciis et sporis differunt. — Crescit in corticibus officin. Cinchonarum (ex hb. cl. Hampe).

221. *Arthothelium nebulosum* Müll. Arg., thallus nebuloso-albus, tenuissimus, maculas circ. pollicem latas subrotundas margine effusas formans, laevis (dein substrati contractione rimulosus); apothecia copiosa, $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, anguloso-orbicularia v. demum brevissime radiatim et irregulariter paucilobata, planiuscula, et tenuissime rugulosa, sicca fumoso-nigricantia, madefacta in disco ex aquoso olivaceo-fusca et subpellucida, in peripheria caeterum immarginata obscuriora remanentia; epithecium olivaceo-nigricans, lamina cum hypothecio olivaceo-hyalina s. fumoso-virens, asci obovoidei, basi angustati, apice late rotundato-obtusi, pachydermei, 8-spори; sporae hyalinae, 18 μ longae, 7—8 μ latae, 6-loculares, loculi transversim 2—3-locellati. — Proxime accedit ad *Arthothelium abnorme* (*Arthoniam abnormem* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 64), sed sporae minus divisae, lamina aliter colorata et apothecia haud nigra magisque orbicularia. Ab *Arthothelio taedioso* (*Arthonia taediosa* Nyl. Chili p. 62 et Prodr. Nov. Gran, p. 136) jam sporis multo minoribus et apotheciis minus lineari-diformibus distinguitur. — Crescit in facie interiore caulium Bambusarum (nisi fallor e fragmentis visis) prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

222. *Arthonia septemlocularis* Müll. Arg., thallus tenuissimus, argillaceo-pallidus, laevigatus, linea fusca cinctus; apothecia $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, orbicularia, depresso-hemisphaerica, obscure cinnamomeo-fusca, nuda, margine haud prominente tenui nuhc disco paullo pallidiore v. etiam eo obscuriore (in sectione verticali a thallo discreto) demum subevanescente cincta, haud

raro geminatim confluentia; epithecium et hypothecium rufescenti-fusca, lamina caeterum subhyalina, asci obovoidei, 8-spori; sporae hyalinae v. demum rufescentes, 28—35 longae, 7—8 μ latae, cylindrico-obovoideae, 5—11-septatae, loculus superior reliquis multo major. — Juxta *Arthoniam platyspileam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 99 inseranda est, a qua differt minutie et colore apotheciorum magis regularium. Margo statu sicco saepe non-nihil prominens et disco obscurior, in sectione circ. 6 μ latus, superne quasi in epithecium transiens. Planta caeterum est omni jure genuina species Arthoniae. — Habitat ad corticem inter *Graphidem intricantem* prope Bogotam Novae Granatae: Lindig n. 2610 pr. p.

223. *Arthonia obscurella* Müll. Arg., thallus cinerascens v. fumoso-nigricans v. e nigricante obscure albicans, tenuissimus, laevis, linea atro-fusca cinctus; apothecia linearia, simplicia v. saepius divergenter 1—2-ramulosa v. depauperato-astroideo-ramosa, $\frac{1}{2}$ —1 mm. longa, $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{7}$ mm. lata, nigra, madefacta non-nihil pallentia, distincte et tenuiter nano-marginata, sicca non-nihil canaliculata, madefacta subconvexa, discus siccus cinereo-pruinosis; epithecium atro-fuscum, lamina virens, hypothecium hyalinum, asci 8-spori; sporae hyalinae, demum fuscescentes, 15—22 μ longae, 5—6 $\frac{1}{2}$ μ latae, cylindrico-obovoideae, 4—6-loculares, loculus superior reliquis multo major. — Proxima *Arthoniae analogellae* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 573 sed validior, apothecia pruinosa, sporae majores et thalamium virens. Ab *Arthonia polygrammate* Nyl. l. c. p. 99 thalli et apotheciorum colore et sporis magis divisus longius distat. — Ad cortices crescit prope Bogotam Novae Granatae cum *Graphide scripta*: Lindig n. 2793 pr. p.

224. *Arthonia cinnamomea* Müll. Arg., thallus albidus, tenuissimus et laevis, margine zona angusta fusca cinctus; apothecia $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{4}$ mm. lata, regulariter orbicularia, subinde confluentia, plano-convexa, juniora margine prominente iis paullo pallidior subcrenato cincta, evoluta immarginata, cinnamomea, madefacta rufescenti-fusca, opaca v. subnitidula, intus pallidiora; lamina violaceo-hyalina, epithecium intense obscuratum, violaceo-fuscum, hypothecium hyalinum, asci cylindrico-obovoidei, 8-spori; sporae hyalinae, oblongato-obovoideae, 4-loculares, 15 μ longae et 5 μ latae, articuli duo intermedii reliquis fere duplo breviores. — Nulli editarum nisi *Arthoniae pulicosae* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 100 arcte affinis, sed thallus omnino alius, apothecia magis

regularia, adplanato-convexa, tenuiora, novella distincte marginata, minus rufescentia et intus aliter colorata. — Habitat ad cortices laeves Curcadis prope Caracas cum *Arthonia cinnabarina* v. *adspersa* Nyl. et *Graphide scripta* v. *commatiformi*: Dr. Ernst n. 83.

225. *Arthonia dispersella* Müll. Arg., thallus e pallide fuscescente albus, tenuissimus, subverniceus, linea pallide fusca limitatus; apothecia numerosa, minutissima, $\frac{1}{12}$ — $\frac{1}{6}$ mm. lata, $\frac{1}{6}$ — $\frac{3}{4}$ mm. longa, primum orbicularia, mox oblongo-elliptica, dein aut ramificatione aut confluentia lineari-difformia, saepe breviter astroidea v. divergenter dendroideo-ramulosa, atra, madefacta in disco leviter pallescentia, innato-sessilia, plana v. madefacta paullo convexa; epithecium olivaceo-fuscescens, hypothecium hyalinum, lamina subolivaceo-virenti-hyalina, asci globoso-obovoidei, superne pachydermei, 8-spori, sporae 16—19 μ longae, 5—7 μ latae, cylindrico-obovoideae, hyalinae, 4-loculares, loculi omnes aequilongi. — Quoad formam apotheciorum ad *Arthoniam analogellam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 573 proxime accedens, sed apothecia paullo validiora et sporae simpliciores, caeterum juxta affiniorem *Arthoniam miserulam* Nyl. l. c. p. 106 inserenda est. Non male quasi formam tenellam *Arthoniae dispersae* Nyl. Scand. p. 261 refert, unde nomen specificum. — Crescit ad cortices laeves prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

226. *Arthonia microcarpa* Müll. Arg., thallus olivaceo-albidus, tenuissimus, laevis, subverniceus, demum diffractus, margine effusus; apothecia perexigua, numerosa, atro-fusca, madefacta fusca, $\frac{1}{6}$ — $\frac{1}{5}$ mm. lata, orbicularia, regularia v. subangulosa, adnato-sessilia, convexa, immarginata et nuda; epithecium fuscescens, lamina virenti-hyalina, asci oblongato-obovoidei, 8-spori; sporae 16—18 μ longae, $4\frac{1}{2}$ —5 μ latae, elongato-obovoideae, aequaliter 4-loculares, hyalinae. — Juxta *Arthoniam fusco-albellam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 100 et *Arthoniam Puiggarii* Müll. Arg. inserenda est, a priore thallo, apotheciis orbicularibus et ambitu angustiore sporarum differt, et a posteriore thalli non farinacei colore, et structura sporarum recedit, harum articulus superior enim reliquis non major est. — Habitat ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

227. *Sagedia Excaecariae* Müll. Arg., thallus tenuis, albus, v. fusco-albidus, laevis, demum rimulosus, linea fusca circumscriptus; apothecia similia iis *Verrucariae biformis* Borr. s. *Acrocordiae polycarpae* Körb., conferta, circiter dimidio immersa, integre nigra, parte immersa autem quam reliqua 4—5-plo tenuiore;

superiore in sectione utrinque anguloso-producta quasi crasse operculiformi, matura poro aperientia, non mamillata, subnitidula; paraphyses creberrime intricato-ramosae, tenuissimae, $1-1\frac{1}{2}$ μ latae; asci cylindrico-obovoidei, obtusi, biseriatim 8-spori; sporae hyalinae, 2-loculares, $14-18$ μ longae, $5-6$ μ latae, saepe nonnihil incurvae et medio obsolete constrictae. — A proxima *Sagedia biformi* (*Verrucaria biformi* Borr., Nyl. Pyrenoc. p. 54, *Thekidio biformi* Mudd Man. p. 297), cujus apothecia etiam basi distincte sed minus tamen tenuiora sunt, differt paraphysibus et ascis et sporis. *Verrucaria uniformis* Nyl. Coll. Lich. Cub. in Flora 1866 p. 295, cujus sporae paullo latiores, etiam proxime affinis videtur. — Pycnides dein ejusdem speciei, etiam in cortice ejusdem arboris, apothecia circiter 3-plo minora, circ. $\frac{1}{8}$ mm. lata, caeterum quoad structuram bene congruentia, et stylosporas offerunt copiosissimas $9-10$ μ longas, diametro 3-plo longiores, utrinque rotundato-obtusas medioque leviter constrictas. — Crescit ad corticem *Excaecariae biglandulosae* prope Buenos Ayres: cl. Snyder.

Personalnachricht.

Dr. Scheffer, Director des bot. Gartens in Buitenzorg auf Java, starb zu Sindanglaja im Alter von 35 Jahren am 9. März d. J.

Anzeigen.



Zur gefälligen Notiz.



Zu einem grösseren botanischen Werke, welches bisher nur mit **schwarzen** Abbildungen zur Ausgabe gelangte, soll ein colorirtes Exemplar hergestellt werden, welches als Vorlage zu einer Ausgabe mit **colorirten** Abbildungen zu dienen hätte. Diese Probetafeln müssen sorgsam und ganz naturgetreu hergestellt werden. Herren, welche geneigt und in der Lage sind, die Arbeit, ohne dass ihnen Unterlagen für dieselbe geliefert werden können, zu übernehmen, wollen ihren Antrag an Herrn **Rudolf Mosse in Berlin**, Jerusalemstrasse 48, unter Chiffre „**Botanik**“ J. U. 7903 einsenden.

Ein Herbarium,

vollständige Sammlung meist süddeutscher Moose, sehr sorgfältig geordnet, ist zu verkaufen. Herr Prof. Dr. Pfitzer in Heidelberg hat die Gefälligkeit, darüber nähere Auskunft zu ertheilen.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: [63](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 275-290](#)